



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Evsebivs || De Euangelica pr[a]eparatione**

**Eusebius <Caesariensis>**

**[Augsburg], 1522**

**VD16 E 4299**

Hecatæus de eodem. Cap. ij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34477**

uideant, præcipue qui a sacris uoluminibus & uaria carnis castigatione, & prophætarum dictis exerceantur. Hæc Porphyrius de pieitate ac Philosophia Essæorum testatus est.

Hecatæus de eodem. CAPVT. II.

**H**ecatæus autem Abderita uir, & uerbo & re philosophus hystoriam de Iudæis conscripsit, a qua nonnulla sumere non erit alienum. Multa inquit castella oppidaq; Iudæis sunt, una uero urbs munitissima, quinquaginta pene stadioꝝ habens circuítum, plures q; centum & uiginti milia homines habitant, quæ uocat hierosolyma, in medio cuius ædes lapidea est quinque iugertum longitudinis, latitudinis cubitorum centum, qui portæ duplices sunt, in eo ara quadrata est integris lapidibus, ac inornatis composita, cuius singula latera uiginti, altitudo autem duodecim est cubitorum, apud quam domus magna est, ubi altare atque candelarium, utraq; aurea sunt pōderum diuum talenrorum, ubi lux nocte atque die inextinguisibilis ardet. Nullum ibi simulachrum est, nulla omnino imago, nec planta, nec lucus, aut aliquid huiusmodi, ubi nocte ac die sacerdotes caste uersantur, nunquam in templo uinum bibentes. Deinde cum rege quoque Alexandro nonnullos ait Iudæoꝝ militasse, & successoribus eius fideles fuisse, secque cum uno eorum sermonem habuisse his ybis narrat. Cum ad mare rubrum proficiseret, inter alios equites iudæus quidam nomine Mysonianus me sequebatur, homo quem omnes tam Græci q; Barbari, qui eum cognoverunt, & animi maximi & robusti corporis prædicabant. Erat autem etiam arcu peritissimus. Is cum augur quidam omnes nos stare iussisset, interrogauit quare fixi staremus, augureque auem ostendente atque dicente conducere ita stare, quousque quo avis tenderet, perspexissent, ut si ad anteriora uolaret, cœptum iter perageret: sin autem posteriora uolatu peteret, reuerterent, silentio arcu tracto, auem percussit ac interfecit. Tunc augur & nonnulli alij ualde commoti, ei male dicebant. Ipse vero quis est inquit iste furor o homines? quomodo enim avis ista, quæ nihil de sapientia præuiderat, ueri aliquod de itineri nostro poterat nobis prædicere, quæ si futura prescisset, nunquam huc uenisset, ne a Mysoniano Iudæo interficeret. Hæc ab Hecatæo sumpta modo sufficient.

v Plear/